

# EPISTOLA

MICHAELIS ANGELI

L A P I I

*ITALICE' EXARATA*

Ad Illustrissimum Dominum Abbatem

MICHAELEM IVSTINIANVM

D E I N E D I A

BEATI NICOLAI

D E F L V E

Anachoretæ Subsyluani

I N H E L V E T I A

*Latinitate donata*

A VALENTINO STEBER

Eichsfeldiaco-Heiligenstadiano

apud Summum Pontificem

Excubiarum Heluetia-

rum Medico.

ROMÆ, Apud Tinassium. 1671.

*Superiorum Permissu.*

THE HISTORY OF THE

ROYAL SOCIETY OF LONDON

FROM ITS FIRST INSTITUTION

TO THE PRESENT TIME

BY JOHN VAUGHAN

ESQ; OF GREAT BRITAIN

AND OF GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

AND GREAT BRITAIN

DE INEDIA <sup>3</sup>

BEATI NICOLAI

DE FLUE.



Vperioribus diebus, dùm  
vnà cū multis colloque-  
remur, nōnullis si minus  
impossibile, saltem credi-  
tu per difficile videbatur, & vix di-  
gnum fide, B. Nicolaum de Flue  
20. annos fermè citra vllū cibum,  
potumq; vitam duxisse. Senti quidē  
id Illustrissimæ Dominationi Tuæ  
non eam attulisse admirationem,  
quam alijs afferre solet, tùm quòd  
in primis egregiè versata sit in  
naturæ operibus, quæ alij supra  
naturæ vires, & miraculo proxima  
arbitrantur, tùm quòd Domina-  
tionem Tuam non lateant cætera  
alia opera mirabilia, ac ferè ca-  
ptum excedentia, quæ Deus non

rarò promouet per seruos suos, vt cæteros alliciat homines ad ipsi inferuendum, cum non pauci sint, qui huiusmodi extraordinarijs cumulentur fauoribus.

Attamen vt Illustrissimæ Dominationi Tuæ morem geram in albū referendo omne, quod Tibi coram significauī, contendam omnibus viribus, breuiter id exponere, probationes adducendo, quibus admirabilis Beati abstinentia præuia veritate in lucem prodeat; Nec omissas faciā causas naturales, quas ad huiusmodi inedia declarandam varij Authores discusserint, vt facilius cognoscatur, vtrùm B. Nicolai huiusmodi inedia causis naturalibus, an supra naturalibus adscribenda sit.

Quo circà in religiosissimi huius viri sanctimonia vitæ recensenda, hic nequaquam immorabor, iam pridem diffusè descripta ab Henri-

co' Lupulo coëtaneo Beati, & à  
 Ioachino Enchormio, omnium ve-  
 rò amplissimè à P. Petro Hugone  
 Soc. Iesu; Id solùm insinuauero,  
 natum 17. Martij 1417. in Saxola,  
 Pago apud Heluetos. Subsylvanos  
 Diocæseos Constantiensis minimè  
 molestum fuisse genitoribus filio-  
 lum christianis imbuere virtuti-  
 bus, vtpotè in eas peculiari modo  
 procliuem ope gratiæ Diuinæ, cu-  
 ius pluribus signis visus est à Deo  
 in gradu eminentiori dotari. Quan-  
 doquidem ipse adhuc puer nun-  
 quam actionem puerilem, sed gra-  
 uitate, & prudentia plenã præfese-  
 rebat, quibus præuidebantur ij san-  
 ctitatis radij, qui ætate prouectio-  
 ri postea tam perspicuè eluxerunt.  
 Pueritiam emensus adolescens æ-  
 què creuit virtutibus; & imprimis  
 semper deditissimus fuit orationis  
 studio, in quo totum illud, quod  
 consuetis suis exercitijs supererat,

tempus assiduus impendebat, solitudinis amantissimus, in quam non tam naturâ propensus, quàm quâdam allectus fuit visione, cum altissimæ contemplationi intentus erat.

Videbatur sibi in quadam nemorum vastitate, vbi vitam eremiticam in posterum acturus esset, turrim in tantâ proceritatem porrigi, vt eius apex ad sydera vsque tolli videretur; qua visione interpretatus est sibi à Deo locum ab humano consortio remotum demonstratum fuisse, vbi tanquam in turri fortissima se se à mundi periculis præmuniturus, tutioremque viam, ad facilius consequendam, felicitatem sempiternâ, reperturus esset. Interea tamen assuescebat austeritati vitæ, quam fert Erèmus, ieiunijs nempe, cilicijs, disciplinis, vigilijs, & cuiuscumque corporis macerationi; tacitè secum me-

di-

ditans quàm celerrimè suum exequi desiderium , nisi à genitoribus & amicis ad contrahendas nuptias stimularetur .

Morem igitur gesturus patri transijt ad statum coniugalem , suscepitque ex eo filios ; verùm graues eius curæ nihil quidquam eum vel ab assiduis orationibus , vel à concepto proposito se abdendi in eremum , retrahere poterant ; Ita tamè , vt 5 r. etatis annum agens non priùs illud executioni dederit , quàm dilectæ coniugis consensum obtinuisset . Quare positis veteribus exuvijs solâ amictus tunicâ oblongâ è rudi panno , nudis pedibus , capite aperto , manibusque scipione , & coronâ armatis , relictâ patriâ , aliquam Alsatix eremum versus iter arripit . Emen-  
sus montem Boetbergh , quem Latini Iurassum vocant , appetente iam vespere peruenit Liechtstal ;

pagum non procul ab vrbe Basi-  
 liensī situm, vbi perculsus prodi-  
 gio pedem subitò retraxit. Sangui-  
 neo enim colore tincta apparebant  
 tecta, turre, mænia, & quidquid  
 denique conspicuum ex vrbe erat,  
 flammis & sanguine rubescere vi-  
 debatur.

Quare diuerso itinere vicinam  
 subiens villam amicè à villico, &  
 perhumaniter receptus est. Exa-  
 ctis mutuè salutationis officijs in-  
 ter varios vltro, citroque habitos  
 sermones, villicus de Nicolai pa-  
 tria, & itinere sciscitatus est. Ni-  
 colaus verò ideò ad eum diuertif-  
 se respondit, vt suo consilio locum  
 tyrocinijs vitæ suæ ponendis ap-  
 tum reperiret. Laudauit villicus  
 voti sublimitatem, neque impro-  
 bauit disunctionem à patrijs lari-  
 bus, & consanguineis suis, ad cor  
 suum obsequio diuino, eiusque cō-  
 templationibus totum dedicandū:



veram animi quietem necessariam dantibus se totos D.O. M. non nisi in desertis, & erèmis reperiri. Non tamen secum conuenire circa electionem loci; In ipsa eius patria altissimos esse montes, & nemora inaccessa ad obsequium Dei accomodata, vbi seiunctus ab hominum strepitu propositum suum ritè exequi potuisset: in alijs verò partibus, ob nationem suam tum ob bella intestina peracta, tum ob denegata mutua officia, finitimis prouincijs nimis odiosam redditam, populos eum, quocumque peruenturus esset, coactum fortè in alicuius criminis poenam exilium interpretaturos, profugiquè, & seditiosi nomen, & notam esse imputaturos, quàm veram voluntatem inseruendi Deo: Proindeque eundem facilè incursum eas persecutiones, & animi molestias, quas vitare commodè potuisset, de-

lectâ sibi habitatione inter domesticos utpote quibus verè susceptæ deliberationis causæ innotescerent.

Audiuit attètè Nicolaus seriò momentè gratijsque actis, simulq; veniâ petitâ, discessit à villico, statuitque noctem istam sub dio traducere feruentissimis precibus anxie, vnicequè Deum oraturus locum suo instituto idoneum. Quarè non multò post ità orationi intentus clarâ se se repente de Cœlo luce circumueniri sensit, cuius fulgore cœu fulmine quodam frangi, indèque grauissimos in visceribus dolores experiri, veluti si adactus incognita manu, ventri culter in ipsa intus præcordia grassaretur, eumquè prorsus euisceraret. Inde ab eo temporis articulo nec famè vllam ampliùs, nec sitim sensit, nequè cibum vllum, nequè potum deinceps degustauit. Nautico item se quasi fune constrictum in patriam

etiam violenter retrahi sentiebat, quare satis perspiciebat diuinam de se voluntatem, vt ad easdem, vnde venisset, reuerteretur oras; cui proinde promptissime obsequi primo statim diluculo meditans, iter rursus contendit per semitas transuersas, & asperas, magis horrida, & inaccessa nemora patriæ suæ propinquiora quærens, & ingressus abstrusum, densumque dumetum ibidem reliquum vite suæ cursum absoluere decreuit.

Octiduum iam in spineo illo antro nemini conscio omnis victus expers soli Deo intentus exegerat, cum venatores ibi casu aberrantes canum latratu ad hoc senticentum pertrahantur, & obstupefacti singuli intuētur hominem cadaueri vix dissimilem, humi profusum, precibus abreptum, lachrymis rigatum, ac denique agnitum allo-

qui, aut turbare reformidant; reuerſi domum fratrem conueniunt, rem omnem ei prodentes, qui nihil cunctatus auolauit ad fratrem reperiendum; & cum audisset non aliam suæ emaciationis causam esse, quàm per vndecim dies nullam corpori suo curam fecisse, nihilque cibi, aut potus admisisse, non supersedit, quin efficacibus argumentis, & precibus fratrem commonefaceret de ferina deserenda vita, sed omnia incassum; cùm exinde molestiam nullam, nullum deliquium hætenùs sensisse fateatur, velle propterea sic perseuerare in hoc incæpto vitæ genere.

Cum ergò iam semel proditus passim inuiseretur, atque ad cibandum se propemodùm cogeretur, voluit hac super re consulere Parochum Kernensem, qui cognitis ijs, quæ ipsi discedenti à patrio solo vsque in illum diem acciderant,

& animaduertans totum corpus  
neruis, ossibus, cute sola vestitis su-  
stineri, in exsucco tamen corpore  
vigere animum, nihilque viuacita-  
tis deesse, persuasit propterea Ni-  
colao nè à susceptâ semel absti-  
nentiâ discederet.

Cræscebat in dies fama apud  
finitimos populos inediae Beati, &  
quidam eam in dubium reuocan-  
tes, obseruatis adamussim singu-  
lis eius actionibus, veridicam agno-  
uerunt, prestitâque fide publicâ  
multi multorum adiumento illi ca-  
sam ligneam sarmentis contextam  
erigendam curârunt in loco dicto  
Vargine, non procul à riuo Malca,  
vt se ab iniurijs Cœli defensaret,  
cui tugurio simul facellum adiece-  
runt, ex quo Seruo Dei aditus pa-  
teret ad quotidie rem diuinam au-  
diendam, neque vno, eodemque  
tempore solitudine tantoperè abs  
se amatâ destitueretur. Non omit-  
tebat

tebat interim cacodemon sanctitati Beati detrahere instigando maledicorum linguas ad carpandos Magistratus, vitio ipsis vertentes quòd ferrent Anachoretam fictam inedia plebi credulæ nimis imponentem. Quarè Subsylviani certius veritatem exploraturi publico plebiscito excubias decreuerunt in pluribus locis viam sternentibus ad eremum, vt accessus, recessusque ad eam pateret nemini, qui fortè cibum allaturus esset.

Mensem autem integrum custodes vigili, solerti què cura in suis stationibus exegerunt, & quia eo tempore Nicolaum omni non tantum cibo, sed etiam aspectu humano caruisse compertum fuit, obsidio soluta fuit, & maledici non tam attoniti, quàm confusi hæserunt. Nec id tamen satisfuit, nam & Præsul ipse Constantiensis rei veritatem probaturus suo præcepit  
 sus-

suffraganeo, vt se transferret ad eremum benedicendam, dedicandumquè dictum Sacellum illi nuper extructum, omnemquè in expiscandâ rei veritate operam nauaret.

Peractâ igitur dedicatione adies cellam Beati, inter reliqua sciscitabatur ab eo, quamnam ipse virtutum omnium principem, ac reginam esse existimaret; cui Beatus obedientiam sibi inter virtutes ceteras imperium obtinere dixit, tùm verò suffraganeus sinu, eum in finem, recondita tria panis fragmenta, viniquè pateram producens, en inquit mi frater, panem, quem tibi sancta obedientia apponit, & vinum quod eadem tibi virtus propinat; obsequitur vir Dei mandantis præcepto, & vnum ex tribus fragminibus, vt in tres bolos comminutum sumere liceat obnixè rogat Proepiscopum, sed vix in-

ge-

gestam ori buccellam dimiserat, viniquè guttulam in ventriculum traiecerat, quâ sumptâ ingens stomachi dolor ità eum torfit, vt mox animam efflaturus videretur: nec minori animi molestia suffraganeus afficiebatur, quòd tam acerbo experimento Beatum excepisset, sed hoc euentu certior factus de indubitata Beati inedia lætus Constāntiam reuertitur, Præfuli, quæcumque obtigerant, narraturus.

Quibus experimentis sicut omnis dubitatio de inedia Beati sublata fuit, ità pleriquè nimia sciendi curiositate mox interrogabant eum, quanam ratione corpus sustentaret. Respondit extremos Saluatoris nostri in cruce perlatos dolores, ac mortem eius præcipuè sacratissimam in contemplationem abs se adductos, tantas in suo pectore suauitates, ac delectamenta, operari, vt indè per corpus etiam  
dif-



diffusus vitalis vigor quidam mēbris omnibus robur, ac vires subministraret, ac nequē famem, nequē sitim vllam pateretur. Id cū inter cæteros aliquando is, de quo supra diximus, eius Parochus Osvaldus Isnerus ab ipso impensius exquireret, rei tandem seriem quamuis egrē ex ordine pandit, & factus est, quotiescunque se proijceret in genua sacrificium Missæ auditurus, & sacra synaxi se se refecturus, rore cælesti se perfundi solere adeò, vt nec terrenum quidquam exuriret, nec sitiret, quin imò ab omni cibo, & potu velut peste, & toxico peioribus abhorreret.

Quæ porrò, & quàm heroicę fuerint singulæ eius actiones omni virtutum genere stipatæ ab ipso adhuc viuente patratę facilè consideranti patebit, quando quidem in erèmo non nisi angelicam, ac  
pla-

planè celestem vitam eum vixisse extra dubium est, vtpotè nullo puncto temporis intermisso cum Beatis spiritibus familiariter colloqui solitum, quibuscum, nullus ambiget, quin sempiternis gaudijs nunc fruatur ob terquè quaterquè felicem discessum suum ab hac mortali ad perennem, & immortalam vitam anno à partu Virgineo 1587. die 21. Martij.

Scio equidem multis fatis fore, quæ in probationem abstinentiæ Beati hætenùs à me prolata fuere; sed quia aliquandò nonnulli reperiuntur difficiles ad credendum res speciem difficultatis præferentes; Ego his obsecundaturus in calce huius epistolæ omnes & singulos Authores etiam malè de Orthodoxa fide sentientes commemorabo, qui attestantur, & meminertunt huius inediæ secundum annorum seriem, quibus scripsere,

vt ità pro comperto habeant non solum in vita, sed post obitum etiam illius famam omni fide extitisse maiorem: imò citra omnem contradictionem ad hæc vsquè tēpora nostra increuisse, ità vt nè vllum quidem, qui scriptis peruersè iudicârit, reperire sit.

An verò vita in multos annos naturaliter produci possit, Hippocrates, & cum eo magni nominis viri, corpus nostrum nisi alimento reficiatur, de vita hominem periclitari censent, lethalemque esse inediam, quæ septimum diem excedit. Quæ opinio trito illo axioma fulcitur, quòd humidum primigenium continuam caloris natiui actionem patiens, nî nouo adueniente pabulo reparetur, dicto temporis spatio quàm ocysimè absumatur, adeòquè cum eo (ob defectum pabuli) calor, à quo vita conseruatur, sui patiatur imminutionem.

Re-

Recentiores postea mutata sententia, id longiori tempore euenire posse affirmarunt experientia magis, quam alia quapiam ratione ducti, videntes, & verò etiam audientes plurimos eiusmodi casus accidisse, quorum veritas in dubium nequaquam reuocari potest, eò quòd Magni Principes factæ diligenti inquisitioni tum fidem adhibuerint, in eam nempe non simulatam fuisse.

Excederem omnem dicendi breuitatem mihi statutam, vbi singula, quæque exempla, quæ adducuntur, animus foret dinumerandi. Sat erit significasse plerosque Authores illa proponentes, vt ita quilibet cupidus sibi ipsi abundè satisfaciendi, ea apud illos lectitanda habeat, aduertetque plurimos 7, 12, & 15, diebus, alios pluribus mensibus, & annis, imò nonnullos 40. annis, & vsquè ad  
vlti-

ultimum vitæ terminum absquè vilo cibo, potuquè vixisse, semper tamen firmâ valetudine fruentes.

Recensentur à Cælio Rhodigino 1. Ioanne Rauisio Textore 2. Marcello Donato 3. Hornanno, 4. Schenckio 5. Zacchia 6. Fortunio Liceto 7. Cagnato 8. Augustino Laurentio 9. Ioanne Ianstonio 10. Maffeo 11. Scotto 12. Neieremberg 13. Gaspare à Reies 14. Qui igitur toto peâore incumbunt ad occultiores mirabilium naturæ effectuum causas indagandas, iam non ampliùs de hac veritate hæsitantes contendunt solummodò inuenire causam in varias tamen distracti sententias; quos inter præmemoratus Licetus lib. 2. adducit viginti octo, singulas tamen à se reiectas; suam verò magis veridicam sibi visam præfatus Zacchias in suprarecensita septima quæstione multis rationum funda-

da-

damentis improbat; Reliquum est igitur, vt quisquè suam liberri-  
mè amplectatur opinionem. Sed  
vt vnusquisquè proprium ferat iu-  
dicium, non abs re fore putavi  
singulas eo prorsus ordine recen-  
sere, quo à Liceto recensitæ fuê-  
re.

Prima igitur opinio fuit Argen-  
terij in com: Aphor: Hippocratis,  
& aliorum illius sectatorum asse-  
rentium abstinentes ab omni cibo  
& potu, pabulo dumtaxat aëreo  
nutriri.

Secunda est alterius cuiusdam  
eximij Medici, cuius nomen silen-  
tio inuoluit, suffulta doctrinâ Au-  
genij, & Monardi statuentium ex-  
halationes, & vapores terreos cer-  
ta proportione aqueis permixtos,  
sapore, & odore imbutos, inspira-  
tos ab homine in nutritum con-  
uerti.

Tertia Costei docentis id genus  
ho-

homines aquâ pasci .

Quarta Bonamici opinantis causam tam diuturnę inedię non tam aquę ipsi, quam imbecillitati caloris insiti adscribi .

Quinta est Viri cuiusdam famigeratissimi pariter innominati asseuerantis, horum talium cibum esse terram clanculùm ab ijsdem deuoratum .

Sexta est cuiusdam alterius viri doctrina excultissimi ( cuius nomen quoquę hic conticet ) decidens eiusmodi homines, & si ab omni edulio abstinent, bibere tamen merum in ipsorum cibum subrogatum .

Septima Alberti Magni, & aliorum statuentium pituitosum succum in ipsorum alimentum commutari .

Octaua Cardani affirmantis horũ ieiunitatem in vbertatem succi melancholici à lentis, viscidis,

ac crassioribus humoribus geniti ,  
refundi .

Nona adducti iam Bonamici  
eorumdem pabulationem referen-  
tis in consumptionem, & colliqua-  
mentum internorum viscerum .

Decima est permultorum sibi  
certò persuadentium tales absti-  
nentes portione sanguinis mēstrui ,  
quem ab vtero matris extulerê ,  
nutriri .

Vndecima Brasauolæ , vt breui-  
ter se absoluat, omnia ea, quæ ha-  
ctenus narrata sunt , pro fabulosis  
habentis .

Duodecima Ernetis, qui, vt pau-  
cis rem conficiat, ad miraculum  
confugit .

Decimatertia est eiusdem Erne-  
tis hoc inedia genus planè fictum  
autumantis .

Decima quarta Diogenis Laër-  
tij, & Demetriij asserentium tali-  
bus clàm cibos pretiosissimos ab



Angelis suggeri .

Decima quinta nonnullorum, in ea opinione versantium, ea corpora, quæ diù ab omni cibo abstinerunt, non fuisse verè viuentia, sed cadauera à Dæmone aliquo assumpta, & mota .

Decima sexta quorundam aliorum, tales homines occupatos esse à dæmone, & iuxta dæmonum vitam nullo cibo vesci, somniantium .

Decimaseptima Apponensis, & Rugeri Bauonis causam diuturnæ abstinentiæ ad peculiare stellarum, & planetarum influxus referentium .

Decima octaua quorundam arbitrantium, huius inediæ causam reijci posse in sympathiam complexionis cum aëre, & antipathiam cum cibis .

Decima nona non paucorum doctrina Alexandri Aphrodisæi innixorum ad occultas indiuiduo-

rum qualitates confugientium .

Vigesima Abulensis istam diurnam in ediam in ecstasim, quâ anima separata à corpore suas nequeat functiones exercere, referentis .

Vigesima prima Postij in eam sententiam venientis, animam à lethargo, aut somno oppressam exercitio facultatum suarum orbari.

Vigesima secūda Benedicti Mōtui, & Mercurialis vnâ consentientium substantiam corporis, ob prohibitam transpirationem ex constrictione cutis, & pororum, nequē sui decrementum pati, nequē instauratione indigere .

Vigesima tertia Citesij opinantis, abstinentes, propter solam viscerum constrictiōem, & compressionem omnem cibum aduersantium, vitam produxisse .

Vigesima quarta Ioannis Langij docentis causam tanti ieiunij adiu-

adiudicari morbo, quo cessat ore-  
xis, seu appetitio edendi, ac bibēdi.

Vigesima quinta Quercetani cō-  
sentis, viscera in petram versa,  
quorum causa nulla est illis neces-  
sitas cibi, partesque superiores nu-  
triri aëre, ac calore.

Vigesima sexta Quorumdam sen-  
tientium, tales, qui diù sine cibo  
vixerunt, certo quodam pharmaci  
genere, ac herbis viuere, quibus  
fames, & sitis extinguuntur.

Vigesima septima Variolæ exi-  
stimantis impossibile non esse ho-  
minem consuetudine eò adduci  
posse, vt diù in ediam tolerare pos-  
sit.

Vigesima octaua eiusdem Lice-  
ti probare conantis, causam diu-  
turnæ huius abstinentiæ esse æqua-  
litate caloris insiti, & humidi  
radicalis.

Vigesima nona est omnium no-  
uissimi Gasparis à Reies Franco in

campo Elyfio capite 58, vbi ex professo hanc quæstionem examinans ieiunium Beati Nicolai adscribit miraculo, afferitquè causam longæ inediæ caloris naturalis à corde fluentis ecstaticum quendam statum, aut deperditionē, esse vt nullo aut pauxillo egeat nutrimento, ac satis sit illi humiditas in corpore redundans, &, ob caloris inopiam, succrescens.

Quibus porrò rationum fundamentis quælibet ex predictis opinionibus nitatur, quibusuè Licetus eas reijcere conetur, hic silentio prætermitto; nè, quæ ab ipso diffusè compilatæ sunt, verbote-nùs descripsisse videar. Præterquam quòd quamplurimè illarum, quibus probare contendit vitam produci posse vno simplicis aquæ vel vini potu: vel terræ, vel plantarum esu: vel medicamento vsu famem, sitimque adimentis: vel ec-  
tasi,

stasi, vel perpetua in somnum propensione, dictâ lethargo, planè incongruæ euadant inedia Beati Nicolai, dùm nihil quidquam ex præfatis rebus exuriebat, vel sitiebat, nequè somno assidue indulgebat, vel in ecstasi rapiiebatur. Quinimò nè cæteræ quidē rationes sunt magni faciendæ, vt potè fidē historijs adimenes probando huiuscemodi inedias vera esse Poëtarum commenta; quoniam validissima sunt argumenta ostendentia veram, & indubitatam fuisse inediam, de qua agitur; Et multò minùs ad propositum nostrum faciunt commenta opinionum, quæ referuntur in morbum, vel in cōsumptionem, & colliquationes viscerum interiorum: vel quòd tales non fuerint verè viuentes: vel quòd vixerint vitam dæmonum; cùm Vir Beatus verus homo fuerit, & 50. annos biberit & comederit, ac reliquos

vixerit pancreaticè, & proculdubio periniquè sentiret, qui crederet illum à demone obsessum fuisse, & more ipsorum vixisse, cùm sanctis & christianis operibus cunctis palam fecerit, se verum seruum Dei semper egisse. Velle porrò confugere ad occultam qualitatem indiuidualem aliud profectò non est, quàm causam occultam declarare per aliam ignotiorem, & obscuriorem.

Nequè induci possum, vt credam, hominem paucorum dierum intercapedine consuetudine inediae tolerantiam contrahere posse, si nò adduxisset rationē inediae suae tri-duanae pro vice B. Petrus de Alcantara relatæ à S. Theresia lib. ab ea de illius vita composito cap. 27. & à me in synopsi vitæ, & miraculorum Beati vnâ cum suo tractatulo orationis, quem in lucem edidi, hisce verbis descriptæ. Re-  
ficie-

ficiebat se (idest B. Petrus de Alcantara) plerumquè semel singulis ternis diebus, idque posse fieri ab eo, qui assuesceret, edixit. Quidam confocius suus narrabat mihi eum nonnunquam vixisse octo dies sine vlla refectione, & quia assiduis precibus addictus erat, & quia frequèter in ecstasi, & amorem Dei rapiebatur, cuius facti semel oculata fui testis. Neque fas est dubitare amplius de dicto vtriusquè; cum hæc iam in Sanctorum fastos collocata sit, non sine spe certâ breui colendi B. Petrum eodem cœlesti honore ab Apostolica sede condecorandum. Ita similiter asseuerari potest, in edix causam nequaquam reijci posse in sanguinem menstruum, quem infantes secum ex vtero materno exportant, quoniam ingentem copiam Beato exportare conuenisset in 20. annos pro alimento satista-

cturam . Nec minus vegetus man-  
 fisset sanguis menstruus quinquaginta annorum interstitio , priusquam ille in ediam pati cepisset, vt in qualitatem nutrimenti cedere aptus fuisset, absque eo quòd à calore innato depasceretur cùm extra vterum non iam vsui, sed detrimento potius corpori humano fuisset, vbi ex vtero illum extulisset . Rectè fortasse ob sanctissimam eius vitam id Angelorum liquoribus adscribi posset; ast cùm de hoc nec fama, nec traditio vlla constet, nè hoc quidem nobis asserendum erit, nisi dicere placeret, pretiosum illum liquorem sacrosantam esse Eucharistiam, quâ crebrò vescebatur, inductis testimonio, quod Confessario, alijsquè religiosis dixisse fertur ; Ità vt rationes naturales, quæ hac super re adduci possent, referantur vel ad aërem, quo ceteræ exhalationes

terræ



terræ coniunguntur cum vaporibus aqueis illis immixtis : vel ad cōplexionum sympathiam cum eodemmet aëre : vel ad petrefactionem viscerum , & pororum meatuum constrictionem .

Vel denique ad stellarum , planetarumque influxum , ad humorem melancholicum , ad pituitam , ac etiam ad caloris insiti , humidiquè radicalis æqualitatem , & ubi nequidem fat faciant istæ , procul dubio id ad causam supernaturalem , & prodigiosam referri debet .

Quarè nè has postremas causas sine certo iudicio prætermittam , prodere litteris , id tantùm dixero aërem purum non in alium finem , quàm in calorem insitum refrigerandum , liberandumquè à fuliginibus in corde generatis ( vt nè ab istis suffocetur ) creatum fuisse , minimequè loco alimēti suffecturum

ad reficiendum spiritum, qui continuo depascitur, cum nutrimentum non esse debeat simplicis elementi, sed vnum quid ex singulis conflatum.

Adhæc sympathia, quæ aërem præsupponit materiam alendo aptam, & constrictionem pororum, ac petrefactionem ventris, potius effectui, quàm causæ abstinentiæ adiudicari potest. Nequè ab errore alienum putarem, qui assereret partem aliquam non quidem primariam, vel proximam, sed secundariam, & mediatam in stellas posse refundi; quandoquidem per se liquet, easdem cum planetis influere in elementa, ipsorumquè qualitates, quibus corpus humanum componitur, & consequenter extollendo vnam, alteramque deprimendo efficere posse hominem plus, minusquè alimenti indigentem; nisi descendere velimus in sen-

ten-

tentiã cuiusdam Eminentissimi Litterati, qui ob eximiam, quã pollet, doctrinam meritò talis ab vniuersa penè Europa habetur, stellas nempe, & planetas à D. O. M. in ornamentũ, & pulchritudinem vniuersi tantũ fuisse creatas. Quinimò partem aliquam in humorẽ melancholicum reijci posse, vbi abstinens eã temperie à natura fuerit donatus, & multo magis in pituitam vtpote facile conuertibilem in sanguinem, nisi tamen excrementitia ea fuerit.

Verũ difficultas in eo consistit, quanam ratione gignatur in multorum annorum nutrimentum suffectura, dũm eius inedię patientes ab omni prorsus cibo abstinẽt. Ac demũm crederem partem suam assignari posse imbecillitati caloris infiti, vel exiguæ illum inter, & humidum radicale, inæqualitati; quoniam eam ob causam exigua humidum absumpti portio non mul-

to indiget pabulo ad reficiendum illud parum, quod deperditur.

Nullam propterea ex prædictis rationibus per se solam penes me fatis fore, sed plurimas simul iunctas concurrere debere arbitrarer. Et omnium maximè necessariam iudico caloris insiti languorem, vel modicam cum humido primigenio difformitatem, nam, ut supramemini, cum exigua humidi sit iactura, modicum pariter sufficit alimentum. Amplius dicerem huius debilitatis, aut exiguæ inæqualitatis causam adiudicari non cumque accideti, sed influxui stellarum, vel planetarum tanquam durabiliori, ac in debilitate aliquantò vegetiori.

Ulteriùs suam attribuerem partem aëri impuro exhalationi terreæ, & vaporì aqueo permixto pituitæ gignendæ idoneis in corpore humano, quæ non solum calori insito

sito alendo, sed & refarciendo spi-  
 ritui ( qui exercitijs, quâ corpo-  
 reis, quâ mentalibus perpetim de-  
 perditur ) apta est; atque hæc opi-  
 nio videtur omnium maximè si  
 non vera saltem omnibus verifi-  
 milior. Tritum quippè axioma est  
 vitam consistere in calore innato &  
 humido radicali; in humido com-  
 primis, quia calori confert ad nu-  
 trimentum, quod prohibet ipsum  
 à corpore non recedere: & in ca-  
 lore, quo tanquam vinculo anima  
 vnitur membris. Et quia deficere  
 potest calor vel ( vt melius dicam )  
 disiungi potest à corpore defectu  
 nutrimenti, vel defectu refrigerij:  
 vel quia caret modo expellendi,  
 & separandi abs se fuliginosa ex-  
 crementa; hac de causa natura  
 concessit ei congrua remedia ad  
 prorogandam vitam, quæ sunt nu-  
 tritio, & respiratio; nutritio qui-  
 dem reparat, quod calor innatus  
 indies

indies depascitur, augeturque spiritus, qui deperditur operationibus corporis, & animi. Quandoquidem cibus in ventriculo digestus fit chylus, qui per venas meseraicas transfuectus ad iecur conuertitur in sanguinem, separatis in sua pepsia, seu concoctione excrementis: & pars sanguinis per venas delata assimilatur membris calore consumptis: & pars ingressa cor, extracti instar, in spiritum reducitur, qui per arterias in vniuersum corpus diffusus illud viuificum, vegetumque reddit; vel stante circulatione sanguinis, à Guilielmo Haruæo inuenta, & hoc tempore recepta quasi ab omnibus, chylus traiectus ad hepar conuertitur in sanguinem, & ab eo per venam cauam ingreditur dexterum cordis ventriculum, inde per venam arteriosam ad pulmones, & illinc per arteriam venosam

fam in finistrum cordis ventricu-  
 lum se se insinuat; vbi magis elabo-  
 boratus subiens arteriam aortam,  
 in reliquas omnes corporis arte-  
 rias diffunditur, remanente elabo-  
 ratori parte in consumptarum par-  
 tium refectionem; crassiori verò  
 intromissâ per reperationes vena-  
 rum, Græcis Anastomases dictas;  
 ex quibus venis deindè in venam  
 cauam transfertur, vbi associatus  
 ei, qui ab hepate promanat san-  
 guis, crebram, eamque indefinen-  
 tem sæpiùs interdiù hanc circula-  
 tione m conficit.

Respirationis deindè beneficio  
 non solum calor conseruatur, nè  
 vel dilatetur, vel diffundatur, sed  
 frigido inspirato aëre prohibetur  
 gradatim augeri, ne breuissima tē-  
 poris intercapedine humidum ra-  
 dicale, corporisque partes depas-  
 cat, suæque separationis proprius  
 author fiat: expirationis verò  
 ope

ope foràs mittuntur à calore fuligines in corde genitæ, quibus retentis, & minimè separatis calor, velut ignis à copioso fumo suffocari, & extingui posset. Et clarioris doctrinæ gratia vtar similitudine maximè propriâ, & communiter desumptâ à lucerna accensa, quæ conseruandi luminis gratiâ opus habet circumambiente aëre, quo vniatur flamma, & abs se fuligines generatæ separentur, tali quidem necessitate coacta, vt breuissimo etiam temporis spatio illo destituta deficiat, & extinguatur, pro vt euenire solet cucurbitulis, quæ ægrotantibus applicantur, & vbi lucernæ ceù candelæ vnà cum emuntorijs, illas illicò penitùs aëre priuantibus, extinguuntur. Nec minùs indiget alimento, quia oleo consumpto, nec alio superaddito extemplò deficit, extinguiturque, ob defectum pabuli.



Eadem prorsus ratio militat de calore nativo, cuius conseruatio cum consistat in respiratione, & nutrimento, omisâ respiratione, tanquam minus respiciente illud, quod tractamus, nequaquã asseuerari potest, hominem longo tempore absquẽ cibo posse viuere, vel aliã materiã alimentitiã, atquẽ loco eorum ipsi sufficere humidum primigenium. Tametsi enim humido conseruetur calor, non tamen conuertitur in sanguinem, nec reparat, quod calor in partibus depascit, vt cibus efficit; cum id pituita sola absquẽ alio intercurrente nutrimento operari queat, non dubitantibus Medicis, illam concoctam in sanguinem, verti.

Nec dubitari potest, quin aër terreis exhalationibus, aqueisque vaporibus permixtus progignat in corpore humano pituitam huic  
rei

rei idoneam; quinimò certo certius est, quòd sicut aër huiusmodi cum vaporibus ab ape suctus in mel conuertitur, ac terreæ exhalationes etiam infimæ regionis visibilibus accenduntur flammis, à Meteorologicis, ignibus fatuis nūcupatis: ità eadem inspiratæ in humanum corpus conuertibiles sunt in pituitam, & hæc in sanguinem, & spiritum, atque eosdem producere effectus, quos cibus progignit. Experientia quippè docemur eum, qui in planitie in aëre crasso commoratur, multo minori cibo indigere, quàm illos, qui degunt in montibus subtilissimi aëris, sanè nō aliam ob causam, quàm ob huiusmodi vapores in illorum cibum cedentes. Prædictaque confirmantur si assentiri lubet opinioni non contemnendæ Cabeii in Meteora. Arist. Text. 28. quæst. 2. asserentis in aëre tot esse aporrhæas, siue effluuia,

fluuia, quot sunt species rerum, ex quibus vi caloris, aut ignis, aut simili alia actione resoluuntur; Ità vt sicuti omnium ferè generum corpora sensitiuorum, vegetabilium, mineralium, seu metallorum consumuntur, & resoluuntur: sic in aëre permixtæ sunt particule, & spiritus omnium rerum cuiuscumque generis. Vndè tom. 2. text. 47. inquit, quòd aër inspiratus generat in animali, & homine spiritus vitales.


Atque hæ sunt rationes, quibus adducor, vt credam, vitam in longum tempus citrà cibum prorogari posse, non tamen ita efficaces sunt, vt persuaderi queam, Beati nostri in ediam naturalem fuisse, multis circumstantijs ipsam sine dubio prodigiosam probantibus, & imprimis actâ vitâ eius magis Angelicâ, quàm humanâ toto tempore, quo latebris Eremiti abditus fuit,

fuit, tātisque prodigijs diuinis eum ad vitam solitariam inuitantibus.

Ampliùs perpendo in ediam in ipso illicò inchoatam post visionem narratā, in qua videbantur abstrahi sibi, & exenterari viscera, quo signo Deo placuit se solum tam portentosa in edia auctorem manifestare.

Ac deniquæ ratio omnium maximè me conuincens est; quòd, naturā non transeunte de vno extremo ad aliud sine medijs proportionatis, abstinentia Beati nequaquam naturalis esse potuerit, dum momento temporis desijt vesci, qui ante visionem semper ederat, & biberat, mox post illam nec cibum ampliùs, nec potum degusterat. Possem multo fusiùs hac de re disputare, quæ præ vastitate sua longè prolixiorem sermonem requireret; at quia scribo ad virum perspicacia æquè, ac doctrina ornatissimum, certus sum, breuitatem minimè

nimè obscuritatem ei allaturam ,  
cùm proprio Marte addere valeat  
pariter, & simùl perpendere id om-  
ne, quod clariùs afferre potuissem.  
Lege, & Vale .



Authores qui meminerunt in edic  
Beati Nicolai de Flux

1482 *Vvernherius Laerius Vvestphalus Cartusianus in fasciculo temporum .*

1485 *In libro Anniuersariorum Ecclesie Saxlensis .*

1487 *Abb. Tritbemijs homil. 15. de abstin. & ieiun. & in chronic. Cænobyj Sponarmen. par. 2.*

1488 *In depositionibus quāplurium testium, qui fuerunt familiares Beati, & illorum depositiones reperiuntur in albo beneficiatorum Ecclesie Saxlensis .*

*Eodem anno 1488. Henricus Guadelphingen in officio, & oratione ad honorem Beati ab eodem composito .*

*Item eod. anno nelli facti della Chiesa Saxlen. e nella Cronica*

*nica Norimbergense di Ar-  
manno Schdolio .*

- 1494 *Vincentius Burgundus in Spe-  
culo historiali .*
- 1497 *Bonifacius Simonetta de Chri-  
stiane fidei , & Romanorum  
Pontificum persecutoribus .*
- 1500 *Ioannes Nauclerus in Chrono-  
vol. 2. gener. 50. sub an-  
no 1480 .*
- 1500 *Albertus Kranctius in metro-  
poli, seu historia Ecclesiastica.*
- 1500 *Baptista Fulgosius facturum ,  
& dictorum memorabil. lib.  
1. cap. de mirac.*
- 1500 *Henricus Lupulus in vita Bea-  
ti .*
- 1508 *Carolus Bouillus in suis ope-  
ribus .*
- 1516 *Henricus Galeranus de Ger-  
mania antiquae Scriptoribus .*
- 1518 *Epitaphium ad illius Sepul-  
chrum .*
- 1519 *Iacobus Manlius in Chrono-  
Epis-*

## Episcopo Constantien.

- 1521 Sebastianus in vita Beati
- 1536 Ioannes Salatus in vita B
- 1539 Vlderius mutius in Ch  
 Germania.
- 1557 Andreas Eborensis Exer  
 Memorab.
- 1571 Vdaltricus Vuitniullerus  
 descript. Beate Marie in  
 remo.
- 1583 Petrus Cansifus Soc. Ies.  
 martirol. & in meditat.
- 1587 Gregorius de Valentia con  
 trou. de reb. fide tom. 2.
- 1690 Sebastian. del Beroldinghe  
 in Elegia Beat.
- 1591 In Processu informatiuo fact  
 de ordine Cardinalis Para  
 vicini.
- 1598 Franciscus Guillianus an  
 tiq. Heluet. & in Chron.
- 1599 Sebastianus Verronus in Chro  
 nich.
- 1600 Idocus Coccins nell' inscrip  
 tione



*eiusne poſta nell'Imagine del  
Beato impreſſa in Argẽtina.*

- 1604 *In Theatro vite humane.*
- 1607 *Dominicus Nanus Mirobel-  
lius.*
- 1609 *Gaspar Landerus.*
- 1909 *Iacobus Gualterus.*
- 1611 *Lelius Biſciola & , Nicolaus  
Hnaclius in Analogia Icocor-  
ni.*
- 1612 *Fortunius Licetus de his , qui  
diu viuunt abſque alimen-  
to , & Chriſtophorus Nart-  
mannus in annal. Exem. San-  
ctæ Maricæ .*
- 1613 *Ioachinus Enchormius in vi-  
ta Beati & Simon Maiolus  
canicular. dier.*
- 1614 *Matthæus Rauderus in Bava-  
ria ſacra, & Vldelricus Dor-  
flinger .*
- 1616 *Antonius Bauroltius in Cate-  
chiſmo hiſtoriali .*
- 1617 *Dominicus Ancina in Polian-  
thea*

- thea, & Iacobus Gualter  
 in Tabula Cronologica .  
 Benedictus Geronius in U  
 Sanctorū Patrum Occidēt  
 & Celestinus Lugdunens  
 1627 Georgius Gaiaphelt. Elucid  
 tiones sacrae, & Abraha  
 Buanius in annalibus sac  
 Chronica Constantiensis .  
 1633 Iacobus Bideimannus in Ep  
 gramat. & patrus V go  
 eius vita & Petrus Techter  
 mannus in libro, cui titu  
 lus liber generationis Ma  
 ria .  
 1641 Henricus Spondamus in con  
 tinuatione annalium Baro  
 nū .  
 1642 Rhenatus Schottus in Helue  
 tia Sacra .  
 1645 Theophilus Rainaud. in Ka  
 lend. sacro & Gibert. Gine  
 brand. in Kalend. Ecclesia  
 stico, & Franc. Specher. in  
 Rhe-

Rhetie, e Giouanni Ridolfo  
Pogino in vita Beati.

- 1525 Osualdo Molitore in Cōment.  
ad earm. Galeran.
- 1536 Sebastianus Franchde in chro.  
nich. 3. par.
- 1539 Gaspar Edionius in suis ope-  
ribus,
- 1546 Ioannes Stumphius in Chron.  
Heluet.
- 1565 Henricus Pantaleo in Pano-  
graphia Illustriū Virorum,  
& Chronog. Ecclesie Chri-  
stian.
- 1571 Theodorus Ziunger in Thea-  
tro vite humane.
- 1582 Iacobus Scopper in noua Chro-  
nograp.
- 1660 Ioānes Keyd. ex Diauro inad-  
dit. ad histor. natur. Plinij.
- 1624 Iacobus Grafterus de errori-  
bus Heluetiorum.
- 1628 Daniel Sannerctus medicinae  
Practica.

- 1642 Ioannes Ludouicus Grozfridus in Chron. & Vāsinus Caluianus in Obretocis christiana fidei.
- 1 Celius Rodigin. lect. antiq. lib. 13. c. 24. & alibi.
- 2 Ioannes Rauisius Textor in officin. lib. 2. tit. de sobriet. & temperan.
- 2 Marcellus Donatus lib. 4. hist. medic. mirab.
- 4 Hornannus de mirac. viii tit. de ieiun.
- 5 Schenchius lib. 3. obseru. tit. de abstin.
- 6 Zacchias quest. Medicoleg. lib. 4. tit. 1. quest. 7.
- 7 Fortunius Licetus de his qui diu viuunt absque alimento lib. primo.
- 8 Cagnatus de sanct. tuen. l. 1. c. 5.
- 9 August. Laurentius discept. Medic. discept. 1.
- 10 Ioannes Konstonius in Thaumato-

*macrographia naturali tit. admiranda hominis c. 7. de inc-dia stupenda*

**DI** *Maffeus in histor. Indica l. 2. fol. mihi 28.*

**E2** *Gaspar Scottus in phys. curiosa. l. 3. c. 14.*

**E3** *Nierembergius in histor. Naturæ b. 8. c. 1.*

**E4** *Gaspar à Reies in campo Elysio quest. 58.*

Quia verò Carolus Bouillus frè coætanæus Beati certam, indubiamque præceteris à P. Petro Hugone relatis de eiusdem Beati inedia fidem facit, placet eiusdem epistolam, quam hac super re scribit Nicolao Horio Rhemensi Ele-cto, hic postremo loco adnectere.

Et pro coronide addam Breue concessum à Clemente IX. S. M. Celebratione Missæ in honorem super Beati.


*Nicolao Florio Remensi Ele*

**S**cribis, scitissime vir, opinari  
 nihil simile à quingentis an  
 contigisse huic, quod meæ litteris  
 tibi denarrârunt de geminis Chri  
 sti Athletis, diuinique verbi prop  
 gatoribus. Quia igitur cepi, adhuc  
 loquar, que ex parte vidi, parte  
 audiui: de alio quodam Eremita  
 Sancto, & admirando nostris tem  
 poribus viro tibi aperiam. Is iàm  
 in pace quieuit annis viginti. No  
 men illi erat Nicolao de Saxo na  
 tione Germano atque Elueto: El  
 uetij enim sunt superiores Ger  
 mani ( quos nunc Suitenses vulgò  
 appellant) siti inter alpes; Illac an  
 no Salutis 1530. transiui, audient  
 que virtutes iàm vita functi Ere  
 mite, captus desiderio nouitatis rei,  
 continuò ad eius Eretrum diuertit;

Susci-

Suscepit me hospitio vnus filiorum  
 eius natu maximus. Patris vestem  
 mihi ipse ostendit. Sequenti die  
 perreximus ad cellulam Patris, in  
 qua viuens Pater perseuerans duo-  
 bus & viginti annis ( quoad fatis  
 excessit humanis ) sine materiali  
 omni cibo & potu : docuit nos in-  
 firmos mortales, quam verus sit sa-  
 cer hic, ac diuino loquus sermo. Nō  
 in solo pane viuuit homo : sed in,  
 omni verbo, quod egreditur de  
 ore Dei. Obsederunt frequenter  
 & per annos plurimos vias, & iti-  
 nera, quæ ad eius solitudinem,  
 ductitabant. Eluetiorum Principes  
 tam Ecclesiastici, quam seculares  
 probaturi : nūm quispiam occultis  
 eum cibus alluisset, inueneruntque  
 ( quod & verum erat ) hominem,  
 diuinitus suprā hominem factum,  
 naturam aliquo pacto superasse  
 humanam, parem Angelis in hoc  
 mundo euasisse, & carne adhuc ve-  
 stitum

stitum carnis tamen necessitudinibus minimè obnoxium, & additum, Claruit ( vt ferunt ) & vt in eius actis legi, & in vita, & post corporis excessum miraculis.





Venerabili Fratri Episcopo Con-  
stantien. Prouinc. Moguntin.

CLEMENS PP. IX.

**V**enerabilis frater. Salutem, &  
Apostolicā benedictionē. Cum  
alias, videlicet anno 1648. Congre-  
gatio tunc existentium S. R. E. Car-  
dinalium sacris ritibus propositorum  
in causa Beatificationis, siue Canoni-  
zationis Serui Dei Nicolai de Flue,  
Eremita Heluetij declarauerit, super  
cultu constare de casu excepto per  
longissimi temporis cursum super ho-  
minum memoriam ex actibus etiā ex-  
cedentibus metam annorum centum,  
ideoque paritum esse decretis dictae  
Congregationis: Nuper verò dilecti  
filij Oratores à dilectis filijs Heluetijs  
ad prestandam nobis, & Apostolica  
Sedi eorundem Heluetiorum nomine,  
debitam obedientiam missi vniuersa  
dictorum Heluetiorū Reipublica no-  
mine à nobis enixè petierint, eidem  
indul-

indulgeri, ut etiam si causa ca-  
 zationis dicti Serui Dei Nico-  
 Flue Eremita Subsiluani defun-  
 festo Sancti Benedicti anno I  
 nondum absoluta sit, quæ plu-  
 abhinc annis discutitur in præ-  
 Cardinalium Congregatione,  
 permissu Sedis Apostolica in  
 chiali Ecclesia oppidi Saxella in  
 siluania, ad quam corpus eius  
 Nicolai anno 1518. à tunc exis-  
 Episcopo Lausanen. translatum  
 reassumere celebrationem officij  
 Misse in honorem dicti Serui  
 ibidem peractam per annos sexa-  
 ta duos usque ad annum 1603.  
 est quod Nos specialem dictis Or-  
 ribus gratiam facere volentes, e-  
 rum singulares personas à quibus  
 excommunicationis &c. censentes  
 iusmodi supplicationibus inclinari  
 Venerabilium Fratrum nostro-  
 S. R. E. Cardinalium sacris ritibus  
 prædictis prepositorum consilio  
 terni

ternitati tuæ per presentes committimus, & mandamus, ut remoto impedimento Missam, & Officium huiusmodi in Ecclesia, ubi Corpus memorati Serui Dei Nicolai de Flue requiescit, celebrari auctoritate nostra Apostolica permittas: Salua tamen semper in premissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die 8. Martij 1669. Pontificatus Nostri Anno Secundo.



# CONSTANTIENSIS.

**S**Ac. Rituum Congregatio ad preces Episcopi Constantiensis, & omnium Cantonum Catholicorum Sanctissimo porrectas, & per eundem ad eandem Sacram Congregationem remissas censuit, vt Officium, & Missa Serui Dei Nicolai de Flue aliàs ab eadem Sacra Congregatione habita 16. Februarij 1669. ac etiam annuente san. memor. Clemente IX. die 23. eiusdem mensis & anni celebrari, & recitari permessa in Ecclesia vbi eiusdem Serui Dei Nicolai corpus requiescit, extendi posse

\*  
etiam

etiam ad vniuersum Cleru  
omnium prædictorum Ca  
tonum Catholicorum, &  
uitatis, & Diæcesis Consta  
tiensis, si Sanctissimo visu  
fuerit. Hac die 12. Septe  
bris 1671.

Et facta de prædictis S  
ctissimo relatione per me  
cretarium, Sanctitas sua be  
gné annuit, & litteras in f  
ma Breuis expediri manda  
die 16. Septembris 1671.

Loco ✠ Sigilli.

Franc. Episcopus Portuen  
Cardinalis Brancatius.

*Bernardinus Casalius S*

*Rit. Congr. Secretar*

CLE-

# C L E M E N S

P A P A X.

**A**D perpetuam rei memoriam Apostolicæ seruitutis ministeriū, quo inscrutabilis Diuinæ Sapientiæ atque Clementiæ altitudo humilitati nostræ meritis licet, & viribus longè impari committere dignata est, salubriter exequi adiuuante Domino iugiter satagentes pijs Catholicorum Antistitum in partem sollicitudinis nostræ vocatorum, aliorumque Christi fidelium fidei Catholicæ studio, ac erga nos, & hanc Sanctam Se-

\* 2 dem

dem fide, deuotione, & c  
seruantia conspicuorum  
tis ad augendam seruo  
Dei venerationem tenden  
bus fauorabilem assensum  
terno affectu libenter præ  
mus, sicuti ad fouendam in  
tandamque populorum  
uotionem salubriter exp  
re in Domino arbitram  
Cùm itaque sicut pro pa  
Venerabilis Fratris Episc  
Constantiēsis Prouinciæ M  
guntinæ, ac dilectorum fr  
rum vniuersorum Helue  
rum Catholicorum nobis  
per expositum fuit, officiu  
& Missam de Seruo Dei  
colao de Flue Eremita He  
tio Subsyluano in Eccle




vbi eius corpus requiescit, re-  
citari, & celebrari fel. rec. Cle-  
mentis PP. IX. prædecessoris  
nostri auctoritate iam sit per-  
missum; ipsi verò exponentes  
pro singulari eorum erga eū-  
dem Seruum Dei deuotionis  
affectu, permissionem, seū in-  
dultum huiusmodi latiùs ex-  
tendi summoperè desiderent.  
Nos pijs eorundem exponen-  
tium votis hac in re, quantum  
cum Domino possumus, fa-  
uorabiliter annuere cupiētes,  
ac eorū singulares personas à  
quibusuis excōmunicationis  
suspēnsionis, & interdicti, alijsq;  
Ecclesiasticis sententijs, cen-  
suris, & pænis à iure vel ab  
homine, quauis occasione, vel  
\* 3 causa

causa latis, si quibus quomodo-  
libet innodatae existunt, ad  
effectum praesentium dum-  
taxat consequen. harum serie  
absoluentes, & absolutas fore  
censentes, supplicationibus eo-  
rum nomine nobis super hoc  
humiliter porrectis inclinati,  
de Venerabilium Fratrum  
nostrorum Sac. Romanae Ec-  
clesiae Cardinalium Sacris  
Ritibus praepositorum consi-  
lio, permissionem siue indultum  
recitandi Officium, & cele-  
brandi Missam de memorato  
Seruo Dei Nicolao de Flue  
praedicti Clementis praede-  
cessoris auctoritate factam, si-  
ue concessum indultum, vt  
praedicitur, ad vniuersum Cle-  
rum

rum omnium Reſumpubli-  
carum, ſeù Cantonum Hel-  
uetiorum Catholicorum præ-  
dictorum, nec non Ciuitatis,  
& Diæceſis Conſtantien: dictę  
Prouincię Moguntinę, au-  
ctoritate Apoſtolica tenore  
præſentium extendimus, &  
ampliamus, ſalua tamen ſem-  
per in præmiſſis auctoritate  
Cōgregationis eorundē Car-  
dinalium. Decernentes ipſas  
præſentes litteras ſemper fir-  
mas, validas, & efficaces exi-  
ſtere, & fore: ſuosque plena-  
rios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac illis, ad  
quos ſpectat, & pro tempore  
quãdocunq; ſpectabit, in om-  
nibus, & per omnia pleniffimè  
ſuffra.

suffragarij; sicque in præmissis  
per quoscumque iudices or-  
dinarios, & delegatos etiam  
causarum Palatii Apostolici  
Auditores iudicari, & defini-  
ri debere, ac irritum, & inane,  
si secus super his à quoquam,  
quavis auctoritate scienter,  
vel ignoranter contigerit at-  
tentari. Non obstant. constitu-  
tionibus, & ordinationibus  
Apostolicis, cæterisque con-  
trarijs quibuscunque. Volu-  
mus autem, vt earundem præ-  
sentium litterarum transum-  
ptis seu exemplis etiam im-  
pressis manu alicuius Nota-  
rij publici subscriptis, & sigil-  
lo personæ in Ecclesiastica di-  
gnitate constitutæ munitis ea-  
dem

dem prorsus fides in iudicio,  
& extra illud, vbiq̄ue loco-  
rum habeatur, quę haberetur  
ipsis præsentiſſimis ſi forent ex-  
hibitæ vel oſtenſæ. Datum  
Romæ apud S. Mariam Ma-  
iorem ſub annulo piſcatoris  
die 26. Septembris 1671. Pon-  
tificatus Noſtri Anno Secun-  
do.



*IG. Slusius.*





